

[p. 271.] Examen

Judicari [...] Gyulensis intuitu Manifesti Turcivi apud ludi magistrum Doboziensem deprehensi.

Interrogatoria  
Quomodo vocatur?

Responsoria

Johannes Gyulai

An aliquod manifestu[m] Turcicum  
Joanni Fűredi ludi magistro  
Doboziensi dederit, et quando?

Omnino dedi anno currenti 1738 die  
Lunae Sacri Pentecostes, quo die,  
siquidem praedicante possessio Doboz  
caruisset, ibidem in Divinio supplere  
debueram officiu[m] praedicatoris, qua  
occasione interrogatus a juratis nonnullis  
ejusdem loci, notario, ac ludi magistro, an  
aliqua nova audivissem nunc ipsis  
narravera[m], Manifestum illud, et  
qualiter Turca totae Christianitati  
minaret[ur], cum autem Manifestum illud  
scripto, penes me non habuerim,  
petentib[us] ipsis per Aurigam eadem hic  
Gyula transmisi.

[p. 272.]  
accepit, et a quo?

Anno cur[re]nti [...] Sancti Georgii  
semialte circiter septimana dum ex vineis  
meis Bihariensibus per possessionem  
Szeghalom C[omit]atui Békésiensi  
adjacentem revertissem, ejusdem loci  
p[rae]dicans Martinus Keresztessy mihi  
Manifestu[m] illud Turcicum monstravit,  
a quo et describi curavi.

Praeter Doboziensem utram cum  
alio aliquo manifestum  
communicaverit?

Cum nemine alio.

An Dobozini die pentecostes  
existentens, et de manifesto  
illo narrans dixerit? Quod ista  
nova jam suit communia apud  
Dominos?

Nego me id dixisse.

Siquidem praecedentem fassionem ludi magister Doboziensis in suo examine dixisset,  
cum p[rae]dicto p[rae]dicante confrontatus exstitit, et super p[rae]missa fassione sua

interrogatus, [p. 273.] [...] Cels[issim]i Consilii Regii Locumtenen[tialis] [Be]nignum a[c] Gratosu[m] intimatum intuitu ludi magistri Doboziensis quamtoctyus Cassioviam dedicendi.

Ill[ustrissi]mi R[everen]d[issi]mi Spectabiles, ac Magnifici, Perillustres item, et Generosi D[omi]ni nobis ob[servandi]ss[i]mi.

Quandoquidem sua M[ai]est[as] Cl[arissi]ma incarceratum Gyulae ludi magistrum pagi Dobozi Cassovia[m] per delegatum ibidem iudicium decerto scripto, apud eundem deprehenso examinandum cum actis casum ejus respicientib[us], ex hoc Békéssiensis Comitatu per interjacentes Comitatus deducendum benigne committeret.

Eapropter titulatis dominationib[us] vestris id ipsum intimari, quatenus antelatu[m] ludi magistrum eodem secure quocumque promovere, ac cui ulterius deducendus consignatus fuerit, recognitionem superinde levare noverint, et non intermittant. Datum ex Consilio Locumtenentali Regio Posony die tertia mensis Julii anno domini mill[esi]mo sep[tingentesi]mo trigesimo octavo.

Praet[itu]larum D[omi]num V[est]rum Comes Joannes Pálffy m[anu] p[ro]p[ria]

Benevolus et resp[ecti]ve ad Officia P[arati]ssim[i] Ludovicus Ordódi m[anu] p[ro]p[ria].

[p. 274.] [...] fateret[ur], et [Chris]to ad praedicantes [...] sem provocaret ille vero ab dis[...]tia[m] [...] [...]tim examinari nequiret ideo ejusdem transmissionem usq[ue] ulteriorem dispositione[m] p[rae]titulati Excelsi Consilii in suspenso relinquendam censuit.

Serenissime Dux Regie Locumtenens, Excelsumque Consilium Regiu[m] Locumtenen[tiale].

D[omi]ni D[omi]ni Bengine, Gr[atiosissi]mi Colen[dissimi].

Inconformitate recenter emanati Excelsi Consilii Regii Locumtenen[tialis] benigni ac Gratosi Intimati ludi magistrum Doboziensem super Manifesto Turcico apud eundem deprehenso ex aminavimus, quod etiam proximis literis nostris acclusum acclusum humillime jam transmissimus: Ex quo autem aliud subsequens intimatum in eadem materia percepissemus, ut idem ludi magister Cassiovia[m] deducat[ur], cujus fassio siquidem eundem alleviari facere videret[ur], et genuine declararet a quo accepisset hocce manifestum videlicet a praedicante Gyulensii id eo eundem quoq[ue] praedicantem pro elatiori rei veritate examinavimus, cujus examen hicce in acclusis pro homagiali obligatione nostro demisse annectimus: Hinc siquidem nec hic res subsisteret verum praedicans Gyulensis ad Szeghalmiensem praedicantem se iterato provocaret [p. 275.] [...] [t]ransmissionem usq[ue] ulteriorem [s]erenitatis [v]estrae Regiae Excelsiq[ue] Consilii Regii Locumtenen[tialis] resolutionem et Szeghalmiensis quoque pra[e]dicantis examinis submissione in suspenso relinquendam censuimus, quod etiam quam proxime transmissuri sumus. In reliquo p[rae]stolaturi Gratosam dispositione, no altis gratis et favorib[us] demisse commendantes manemus. Ex particulari cong[regatio]ne nostra anno 1738 die 14<sup>a</sup> Julii in arce Gyula celebrata.

Serenitatis vestrae Regiae

Excelsiq[ue] Consilii Regii Locumtenen[tialis]

Humillimi ob[li]g[atissi]mi obligentissimi

N[omen] n[escio] v[ice] comes, judliu[m], et jurassores Co[m]it[at]us Békésiensis.

Anno 1738 die 4<sup>a</sup> Augusti occasione particularis cong[regatio]nis C[om]it[at]us Békésiensis in arce Gyula celebratae respectu pestis avertendae determinata sunt sequentia.

[p. 284.] Lectum et publicatum est benignum ac gratiosu[m] intimatum Exclesi Consilii Regii Locumtenentialis intuitu ludi magistri Doboziensis, quamtoctus Cassioviam una cum actis deducendi [...].

Ill[ustrissi]mi, R[everen]d[issi]mi, Spectabiles ac Magnifici Perillustres item, ac Generosi Domini nobis ob[servandi]ss[i]mi v[es]tras tam videlicet de 9<sup>a</sup> cum examine ludi magistri Doboziensis, quam de 14<sup>ta</sup> currentis mensis Julii, cum alio examine praedicantis [p. 285.] [...] non aliud ulterius intimari, qua[m] [...] [...] intimato benigno suae m[ai]es[t]a[tis] man[...] semet ex integro conforment, adeoq[ue] praenominatum ludi magistrum Doboziensem, cum universis casum ejusdem respicientib[us] actis secure, quo citius Cassoviam deduci, ibidemq[ue] delegati iudicii praesidi consignari facere noverint, et non intermittant. Datum ex Consilio Regio Locumtenentiali, Posony die 29<sup>a</sup> mensis Julii, anno domini mill[esi]mo sep[tingentesi]mo t[ri]g[esi]mo octavo celebrato.

Praet[itula]tarum D[omi]num V[est]rum Comes Joannes Pálffi m[anu] p[ro]p[ria]  
Benevolus et resp[ecti]ve ad Officia P[aratisi]mi Ludovicus Ordódi m[anu] p[ro]p[ria].

Rescriptum est taliter.

Serenissime Dux Regie Locumtenens, Excelsumq[ue] Consiliu[m] Regium Locumtenen[tiale] D[omi]ni D[omi]ni Bengine, Gr[atiosissi]mi Colen[dissimi].

De dato dici 29<sup>a</sup> praeteriti mensis Julii intuitu ludi magistri Doboziensis cum universis quocitius Cassoviam eundem deduci, ibidemq[ue] delegati iudicii praesidi [p. 286.] [...] [sa]cratissimam obligatione nostr[a] [...] haud intermissemus. Verum siq[ui]dem [...] [...]tatu nostro duo loca (quemadmodum expri[meremus] humillima informatione nostra de dato 7<sup>ae</sup> mensis augusti transmissa, ac ex hic annexa tabella uberius percepturum est p[rae]t[itula]tum Excelsum Consilium] utpote Csaba et Gyula in qua idem ludi magister detinet[ur], lue infecta essent, haud ausi sumus eundem ludi magistrum ex loco infecto abduci curare, circa quem ulteriorem p[rae]stolaturi resolutionem, et nos altis gratiis et favoribus devotes perseveramus. Ex particulari cong[regatio]ne nostra die 13<sup>ia</sup> mensis Augusti in oppido Békés celebrata.

Serenitatis vestrae Regiae  
Excelsiq[ue] Regii Locumtenen[tialis] Consilii  
Humillimi ob[li]g[atissi]mi obligentissimi servi  
N[omen] n[escio] v[ice] comes, iudliu[m], et jurassores Co[m]m[un]it[at]us Békésiensis.

[p. 314.] Determinatum est. Quando quidem Doboziensis ludi magister in arce Gyula incaptivatus graviter aegrotaret, et periculum metueret[ur], ne et alii per ipsum inficerent[ur]. Hinc ad instantiam et fide iussionem possessionis Dobozi ex arce exmittendus decernit[ur], et iudicio ibidem existentis Chyrurgi vel ad locum Contumacid mittendus, vel in oppido curandus permittit[ur].

[p. 315.] [...] praesentib[us] [...] ac [...] Dominis Joanne Frantin[...] Inclyti Domini Gyulensis praefecto, Emerico Takács iudlium, Josepho Haáj fiscali, Paulo Ribiczey et Zrini jurassorib[us], lecta et publicata sunt benigna, gratiosaq[ue] E[xcelsi] C[onsilii] Regii Locumtenen[tiale] intimatum ordine sequenti.